fundariq; in animũ inducimus. Nunc autem quando contrarium facim⁹, & omnibus noſtris actionibus, verbis & cogitationibus non Dei ſed noſtrum honorem quærimus: ſanè teſtatum facimus Chriſtum nequaquam, ſed principem hujus mundi in nobis vivere, nondumq; mundi amorem nos exuiſſe, & ècontra Chriſti induiſſe, cujus proprium eſt mundum vincere; juxta illud Joan. *Omne quod ex Deo natum eſt, vincit mundum.* Item: *Si quis diligit mundum, non eſt charitas Patris nec Chriſti in eo.* Tota n. vita Chriſti nos docet mundo mori; quippe cujus principium, medium & finis eſt mera humilitas & contumelia, qua illum affecerunt amatores hujus mundi. *Quid nos doceat vita Chriſti.*

CAPUT XV.

QUOMODO PER CHRISTUM mundi contemtum & afflictiones tolerare & vincere oporteat.

Hebr. 12. *Recogitate eum qui talem ſuſtinuit à peccatoribus adverſus ſemetipſum contradictionem: ut ne fatigemini animis veſtris deficientes.*

Verba